

Prologus

sed datam sibi gloriam non ferentes: in ipsos qui cederunt moluntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs: et humanitatis in se iura violare: sed dei quoque cuncta cernētis arbitratu se posse fugere sententiam. Et in tantum vesanie proruperunt: ut eos qui cre dita sibi officia diligenter obseruant: et ita cuncta agunt ut omnium laude digni sint: mendaciorum cuniculis conentur subuertere: dum aures principū simplices et sua natura alios estimantes: callida fraude decipiunt. Que res et veteribus probatur historijs: et ex his que geruntur quotidie: quomodo malis quorundam suggestionibus regū studia deprauentur. Unde prouidendum est paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis si diuersa iubeam: ex animi nostri vere leuitate: sed per quietate et necessitate temporum ut rei publice possit utilitas ferre sententiam. Et ut manifestum quod dicimus intelligatis. Aman filius amadathi: et anime et gente macedo: alienusque per sarum sanguine: et pietatem nostram sua crudelitate commaculans: peregrinus a nobis susceptus est: et tantam in se expertus humanitatem ut pater non sse vocaretur: et adoretur ab oibus post regem secundus: qui in tantum arrogantie tumorem sublarus est: ut regno nos priuare nitetur et spiritu. Nam mardocheum cuius fide et beneficijs viuimus et consortem regni nostri habet: cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expedit in morte: hoc cogitans ut illis interfectis insidiaret nostre solitudini: et regnum per sarum transferret in macedonas. Nos autem a pessimo mortalium iudeos neci destinatos in nulla penitus culpa repetimus: sed econtrario iustis vrentes legibus: et filios altissimi et maximi semperque viuētis dei cuius beneficio et patribus nostris et nobis regnum est traditum: et usque hodie

custodit. Unde eas litteras quas sub nomine nostro ille direxerat sciatu esse irritas. Pro quo scelere an putas huius urbis: id est: susis: et ipse qui machinatus est: et omnis cognatio eius penderi in paribus non nobis: sed deo reddente ei quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus in cunctis urbibus proponatur: ut liceat iudeis uti legibus suis. Quibus debetis esse amiculo ut eos qui se ad necem eorum parauerant: possint interficere: tertio decimo die mensis duodecimi qui vocatur adar. Hanc enim die deus omnipotens meroris et luctus eis vertit in gaudium. Unde et vos inter ceteros festos dies: habebate diem: et celebrate ea: cum omni leticia: ut et impossibile cognoscantur: omnes qui fideliter peris obediunt dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum: perire pro scelere. His autem prouincia et ciuitas que noluerit solennitatis huius esse particeps: gladio et igne pereat: et sic deleatur ut non solum hominibus: sed etiam inuis bestijs sit in semipiternum: pro exemplo contemptus et inobedientie.

Explicit liber habes. Incipit prologus in Job: secundum translationem septuaginta.

Dico: per singulos scripture diuine libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam revisionem septuaginta interpretum criminantur: quasi non et apud grecos aquila symmachus et theodotion: vel verbum e verbo: vel sensum e sensu: vel ex vtroque commixtum et medie temperatum genus translationis expresserint: et omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis asterisque distinguerit quos vel additos vel theodotione sum-